


DIVINĀ
LITURGIĀ

SANCTISSIMI PATRIS
NOSTRI, GREGORII
MAGNI, ROMANI PAPÆ


ID EST,

ORDO MISSÆ

SECUNDUM USUM
VETERIS SARISBURIENSIS




© 1998 St. Hilarion Press
Austin, Texas



Chiesa Ortodossa Metropolitana Autonoma
dell'Europa Occidentale
e delle Americhe



EVLOGHIOS, Metropolitan



Archbishop HILARION of Austin



ORDO MISSÆ

PREPARATIONS FOR THE MASS

In the vestry, Clergy & Servers wash their hands & face:

Largire sènsibus nostris, omnipotens Pater, ut sicut hic abluuntur inquinamènta mánuum, ita a Te mundentur intérius pollutiónes mentis, et crescat semper in nobis augmèntum sanctárum virtútum. Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

The Servers fill the cruets, lay out the Priest's vestments, & set out the water basin & towel. But the Priest prays:

Priest: Deus, qui juste córrigis et cleménter ignóscis, et non vis invenire quod damnes sed pótius quod corónes, qui étiam peccántium non mortem sed vitam magis desíderas, me míserum fragilémque peccatórem, sórdibus delictórum plenum, a tua pietáte non repéllas, neque respicias ad peccáta, et scélera, et immundítias, torpésque cogitatiónes meas, quibus tuæ misericórdiæ dulcédinem mérito michi in amaritúdinem convérti peccatórum, sed ad imménsas misericórdias tuas quibus gratúito subvenire consuésti. Precórque humíliter ut immémor sis peccatórum meórum, et memor misericordiárum tuárum, vota precésque meas cleménter suscipias, Tibique plácita michi postuláre concédas, collegióque sanctórum tuórum qui in hoc ministério Tibi placuerunt me ascisci dignéris, atque per eórum exémpa fácias Tibi semper placére, et ad Te, cum fidéli grege tuo, pervenire. Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

Dómine Ihesu Xpiste, propítius esto michi peccatóri, qui misericórdia tua primus indígeo, et pro consacerdotibus nostris exoráre præsumo, quia Tu es immortalis et sine peccáto solus, Dómine Deus noster. Tu es benedíctus qui benedícis ómnia. Tu es sanctus qui sanctíficas ómnia. Indúlge nobis indígnis fámulis tuis, quia peccatóres sumus et indígnis qui præsumimus ad sanctum altáre tuum invocáre Te, quia peccávimus coram Te, et coram ángelis tuis. Sed tríbe nobis indulgéntiam delictórum, et confírma sanctam ecclésiám tuam in fide orthodóxa, et doce nos fácere voluntátem tuam ómnibus diébus nostris. Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

Beátæ semper Vírginis Mariæ, beatorúmque

Apostolórum ac mártýrum, et confessórum, vírginum, et ómnium electórum tuórum, et quorum hódie natalítia per univérsum mundum celebrántur, **N. & N. (illorum)** intercessiónibus, quaésumus, Dómine, grátia tua nos prótege, et fámulis ac famulábuis tuis, qui in nostris se commendavérunt oratiónebus, et suas nobis elemósinas donavérunt, necnon et qui nobis de própriis peccátis et crimínibus coram tua majestáte conféssi fúerunt, seu ómnibus benefactóribus nostris, et ómnibus inimícis, necnon in tribulatióne pósitis, et consanguineis, cunctisque Xpistiánis fidélibus, concéde remissionem peccatórum et vitam ætérnam. Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

Priest: Deus qui de indígnis dignos, de peccatóribus justos, de inmúndis mundos facis: munda cor et corpus meum ab omni contagióne et sorde peccáti, et fac me dignum altáribus tuis ministrum, et concéde propítius: ut in hoc altári ad quod indígnus accédo, hóstias acceptábiles ófferam pietáti tuæ pro peccátis et offensiónebus meis, et innúmeris cotidianisque excéssibus, et pro ómnibus hic circumstántibus, universisque michi familiaritáte et affinitáte conjúctis, atque me ódio áliquo insectántibus et adversántibus, cunctisque fidélibus Xpistiánis, vivis et mórtuis. Et per Eum sit Tibi meum votum atque sacrificium acceptáble, qui se Tibi Deo Patri óbtulit in sacrificium, Ihesus Xpistus Fílius tuus Dóminus noster. Qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

The Priest arranges the breads & if necessary prepares the chalice.

Preparation of the Chalice — Small Churches

Server: Benedícite. **Priest:** Dóminus. Ab Eo sit + benedícta, de cuius látère exívit sanguis et aqua. In nómine + Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen. **The Priest or Deacon pours wine & a little water into the chalice.**

The Priest or **Deacon** places the purificator, paten, pall, veil, & burse on top of the chalice.

Note on Vesting: Before putting on each vestment, the Clergy kiss it (on the cross, if there is one), then pray the prayer.



PRAYERS OF VESTING

To bless the **amice** before putting it on:

Virtus summa, Deus, cunctórum Rector óptimus,
Tu + **benedic nostrum quo nunc ornámur amíctum,**
Ut servíre Tibi valeámus corde púdico.

At the **alb**:

Véstibus angélicis indúti, Rex pietátis,
Póscimus libáre piúm Libámen odóris,
Ad cítius delénda mala contágia mentis.

At the **zona** (belt):

Scrutátor cordis et castæ mentis amator,
Tu lumbos præcínges meos, Deus, íntime Judex,
Mortíficans pravos in casto córpore mores.

At the **orarium** or stole:

Colla jugo subdéndo tuo, Deus, alme Sacrator,
Ad cujus dignum pretiósa morte sepúlchrum
Virtus angélica consíderat órđine munda.

At the **chasuble** (planeta):

Spes, ætérne Deus, cunctórum certa, salúsque,
Tu memor esto mei toto Te corde peténtis,
Éxequar ut dignus cœléstis múnia vitæ.
Dumque meis mánibus trectátor mýstica virtus,
Dispéreat quicquid contráxit ordo vetérnus.

At the **maniple** or fanon:

Qui super astra sedes, qui regni scepra tueáris,
Summus adesto míchimet tua jussa sequénti.
Atque lævam cápiti compléxibus ádhibe dextram,
Ut váleam casta Tibi sistere pérpete vita.

After the foregoing prayers, he lifts his eyes & hands to say:

Hymn

Veni, Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísitá,
Imple supérna grátia,
Quæ Tu creásti pectora. (He lowers his hands & bows.)

Qui Paráclitus díceris,
Donum Dei altíssimi,
Fons vivus, ignis, káritas,
Et spirítalis únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dextræ Dei Tu dígitus,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans péperit.

Hostem repéllas lóngius,
Pacemque dones prótinus:
Ductóre sic Te praévio
Vitémus omne nóxium.

Per Te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium:
Te, qui a Patre emíssus es,
Credámus omni témpore.

Sit laus Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito:
Nobísque mittat Fílius
Karísma Sancti Spíritus. Amen.

✠ Emítte Spíritum tuum et creabúntur.
✠ Et renovábis fáciem terræ.
Orémus.

Priest: Deus, cui omne cor patet et omnis volúntas
lóquitur, et a quo nullum latet secrétum: purífica per
infusiónem Sancti Spíritus cogitatiónes cordis nostri,
ut Te perfécte díligere, et dígne laudáre mereámur.
Per Dóminum nostrum Ihesum Xpístum Fílium tuum,
qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti,
Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

The Priest & his ministers say the psalm antiphonally:

Psalm 42

Júdica me, Deus, et discérne causam meam de gente
non sancta : ab hómine iníquo et dolóso érue me.

Quia Tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulísti?
et quare tristis incédo, dum affligit me inimícus?

Emítte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me
deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum
tuum, et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei : ad Deum qui lætíficat
juventútem meam.

Confitébor Tibi in cíthara, Deus, Deus meus : quare
tristis es, ánima mea? et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam ad huc confitébor Illi : salutáre
vultus mei, et Deus meus.


Glória Patri, et Fílio : et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper : et in saécula
sæculórum. Amen.

Ant. Et introíbo ad altáre Dei, ad Deum qui lætíficat
juventútem meam.

CONTINUATION ...

- If it is a **Sunday**, the Priest blesses the waters.
- If a **Feast with procession**, he begins the procession.
- If a **lesser Feast** or a **weekday**, he begins the Mass soon as the Third (or Sixth, or Ninth) Hour is finished.

**SUNDAY BLESSING OF WATER**

The Priest sings all the following prayers in a simple tone.

Exorcism of Salt

Exorcízo te, creatúra salis, per Deum + vivum, per Deum + verum, per Deum + sanctum, per Deum qui te per Elisaéum prophétam in aquam mitti jussit, ut sanarétur sterilitas aquæ, ut efficiáris sal exorcizátum in salutem credéntium, ut sis ómnibus te suméntibus sánitas ánimæ et córporis, et effúgiat atque discédát ab eo loco quo aspérsus fúeris omnis fantásia et nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnisque spíritus immúndus adjurátus. Per Eum qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et saéculum per ignem. R. Amen.

Blessing of Salt

Orémus.

Imménsam cleméntiam tuam, omnípotens ætérne Deus, humlíter implorámus, ut hanc creatúram salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, benedícere et sanctificáre tua pietáte dignéris, ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis, et quicquid eo tactum vel respérsus fúerit cáreat omni immundítia, omníque impugnatione spirituális nequítia.

Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. R. Amen.

Exorcism of Water

Exorcízo te, creatúra aquæ, in nómine Dei Patris omnipoténtis, et in nómine Ihesu Xpisti, Fílii ejus Dómini nostri, et in virtúte Spíritus Sancti, ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis. Per virtútem ejúsdem Dómini nostri Ihesu Xpisti, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et saéculum per ignem. R. Amen.

Blessing of Water

Deus qui ad salutem humáni géneris máxima quæquæ sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius invocatióibus nostris, et eleménto huic multimódis purificatióibus præparáto, virtútem tuæ benedictiÓnis infúnde: ut creatúra tua, mystériis

tuis sérviens, ad abjiciéndos dæmónes, morbósque pelléndos, divínæ grátia sumat efféctum, ut quicquid in dómibus vel in locis fidélium hæc unda respéserit cáreat omni immundítia, liberétur a noxia, non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens, discédant omnes insídiæ laténtis inimíci, et si quid est quod aut incolumitáti habitántium invídet aut quiéti, aspersione hujus aquæ effúgiat, ut salúbritas per invocatiónem sancti tui nóminis expétitat, ab ómnibus sit impugnationibus defénsa. + Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. R. Amen.

The Priest puts a few grains of salt into the water, in the shape of a cross, saying:

Commíxtio + salis et aquæ páriter fiat, in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Blessing of Salt & Water

The Priest sings aloud:

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus. Deus invíctæ virtútis auctor, et insuperábilis Rex impérii et semper magníficus triumphátor, qui advérsæ dominatiÓnis vires reprímis, qui inimíci rugiéntis sævítiam súperas, qui hóstiles nequítias potens expúgnas: Te, Dómine, treméntes et súpplices deprecámur ac pétimus, ut hanc creatúram salis et aquæ dignánter accípias, benígnus illústres, pietátis tuæ more sanctífices, ut ubicúmque fúerit aspérsa per invocatiónem sancti tui nóminis, omnis infestátió immúndi spíritus abjiciátur, terrórque venenósi serpéntis procul pellátur, et preséntia Sancti Spíritus nobis misericórdiam tuam poscéntibus ubíque adéssé dignétur. Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. R. Amen.

Double Feasts: The waters are blessed quietly to the side, & sprinkled after the Third Hour has been sung.

Sprinkling - outside Paschaltide

Choir: Aspérges me, Dómine, hýssopo et mundábor. Lavábis me et super nivem dealbábor.

Ps. Miserére mei Deus : secúndum magnam misericórdiam tuam. (Ps. 50:1) | Aspérges me, etc.

Ps. Et secúndum multitudínem miseratiÓnum tuárum, dele iniquitátem meam. (:2) | Aspérges me...

Glória + Patri et Fílio et Spíritui Sancto : sicut erat in princípío et nunc et semper, et in saécula sæculórum. Amen.

Asperges me...

Sprinkling - during Paschaltide

Choir: Vidi aquam egrediéntem de templo, a látere dextro, allelúya. Et omnes ad quos pervénit aqua ista salvi facti sunt, et dicunt, allelúya, allelúya.

Ps. Confitémini Dómino quóniam bonus : quóniam in saéculum misericórdia ejus. | Vidi aquam...


Glória + Patri... Sicut erat... (*vide supra*) | Vidi aquam...

AFTER THE SPRINKLING

V. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

Orémus. Exaúdi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, et mittere dignáre sanctum ángelum tuum de cælis, qui nos custódiat, fóveat, prótégat, vísitet, et deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Xpistum Dóminum nostrum. R. Amen.



SUNDAY & FEAST PROCESSION

The procession begins, encircling the high altar on the north, east, and south sides, then coming down the south aisle to the west door, then coming down the centre of the nave to the holy doors, the choir singing the appropriate responsory.

AT THE DOORS — SUNDAY BIDDING PRAYERS

In the summer season, the choir sings: Adorémus crucis signáculum, per quod salutis súmptimus sacraméntum. The Priest sings the versicle, “Hoc signum crucis erit in cælo,” the choir sings the response, “Cum vénerit Dóminus ad judicándum,” and the Priest sings the Collect, “Adéstó nobis, Dómine Deus noster, et quos sanctæ crucis lætári facis honóre, ejus quoque perpétuis defénde subsídiis. Per Xpistum Dóminum nostrum.” R. “Amen.”

The Priest turns to the people & sings in a simple tone:

Orémus, fratres karíssimi, Dómini misericórdiam pro frátribus ac soróribus nostris ab oriénte usque ad occidéntem, **N. & N.**, ut et illi orent pro nobis unusquísque in divérsis locis. Per Xpistum Dóminum nostrum. R. Amen. (*The Deacon or Priest reads the names.*)

Orémus étiam pro unitáte ecclesiárum, pro infírmis, pro debílibus, pro captívís, pro pœniténtibus, pro laborántibus, pro navigántibus, pro iter agéntibus, pro elemósinas faciéntibus, pro defunctorum spirítibus, et pro his qui non commúnicant, ut det illis Dóminus dignam ágere pœniténtiam. Per Xpistum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus étiam Dómini misericórdiam pro spirítibus

carórum nostrórum pausántium **N. & N.** (illorum), ut eis Dóminus plácidum refrigérium tribúere dignétur, et in locum quiétis ac refrigérii sanctorum suórum intercessióne eos transférat. Per Ihesum Xpistum Dóminum nostrum. R. Amen. (*All turn to face east.*)

Offérimus Tibi, Dómine Ihesu Xpiste, hanc oratióne ab ortu solis usque ad occidéntem, ad dexteram usque ad sinístram, in honórem et glóriam divinitátis Xpisti et humanitátis, in honórem et glóriam ómnium grádium cœlestium, Michaëlem, Gabriëlem archángelum, in honórem et glóriam patriarchárum, prophetárum, apostolórum, ac mártýrum, pro ómnibus virgínibus, fidélibus pœniténtibus, pro ómnibus matrimóniis, pro bonis non valde, pro malis non valde, pro ómnibus meréntibus oratióne et deprecatióne nostram. Per eúndem Xpistum Dóminum nostrum. R. Amen. (*The Priest announces fasts & feasts for the week.*)

ENTRY THROUGH THE HOLY DOORS

He enters the holy doors, while the appointed **Antiphon** is sung by the choir, then sings the processional's final Versicle & Collect, as appointed. The most common prayers are:


Choir: Alma Redemptóris mater, quae pèrvia cœli porta manes, et stella maris: succúrre cadénti súrgere qui curat pópulo. Tu quæ genuísti, natúra miránte, tuum sanctum Genitórem, virgo prius ac postérius, Gabriélis ab ore sumens illud Ave, peccatórum miserére (P.T., allelúya). (*or another, as is done at Vespers*)

V. Post partum, Virgo, invioláta permansísti.

R. Dei Génitrix, intercède pro nobis.

Orémus. Concéde, quaésumus, miséricors Dóminus, fragilitáti nostræ præsidium, ut qui sanctæ Dei Genitricis et Vírginis Mariæ commemoratióne resurgámus. Per eúndem Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. R. Amen.

The choir begins the **Officium**; Priest & Ministers go to the vestry. The Priest exchanges his cope for a **chasuble** (p. 2).



MASS

The choir sings the **OFFICIUM**, varying with the day. At “Glory be to the Father,” Priest & Ministers go forth to the Altar-step: (1) Taper-Bearers, (2) Thurifer, (3) Subdeacon with Gospels; (4) Deacon; (5) Priest with Missal, saying:

Priest: Kyrieléyson. Clergy: Xpistéleyson. Kyrieléyson.

Priest: Pater noster, (*softer*) qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum.

Fiat volúntas tua sicut in cœlo et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. (louder again:)

STATION ON THE STEP

The Subdeacon puts the Gospels on the altar. The Priest stands in the centre; the Deacon to his right facing north; the Subdeacon to his left facing south; the Taper-Bearers matching the Deacon & Subd., each on his side.

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
R. Sed líbera nos a malo.
V. Confitémini Dómino quóniam bonus.
R. Quóniam in saéculum misericórdia ejus.

The Bishop or highest-ranking Priest leads the confession:

Priest: Confíteor Deo, beátæ Mariæ, ómnibus sanctis, et vobis, quia peccávi nimis cogitatióne, locutióne, et ópere, mea culpa. Precor sanctam Mariám, omnes sanctos Dei, et vos oráre pro me.

Ministers: Misereátur vestri omnípotens Deus, et dimíttat vobis ómnia peccáta vestra, líberet vos ab omni malo, consérvet et confirmet in bono, et ad vitam perdúcat ætérnam. **Priest:** Amen.

Ministers: Confíteor... **Priest:** Misereátur... **R.** Amen.

Priest: Indulgéntiam et remissionem ómnium peccatórum vestrórum, spátium veræ pœniténtiæ, et emendatiónem vitæ, grátiam et consolatiónem Sancti Spíritus, tríbuat vobis omnípotens et miséricors Dóminus. **Ministers:** Amen.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
R. Qui fecit cælum et terram.
V. Sit nomen Dómini benedíctum.
R. Ex hoc, nunc, et usque in saéculum.
Orémus.

The Priest bows & prays as he wishes. Rising, he kisses the Deacon, saying:

KISS OF PEACE

Habéte ósculum pacis et dilectiúnis, then he kisses the Subdeacon: ut apti sitis sacrosáncto altári ad perficiéndum officia divína.

The Taper-bearers leave their candlesticks on the altar-step. The Priest goes up to the midst of the Altar, bows his body, joins his hands, & says softly:

Orémus. Aufer a nobis, quaésumus, Dómine, cunctas iniquitátes nostras, ut ad sancta sanctorum puris méntibus mereámur introíre. Per Xpistum Dóminum nostrum. Amen.

Ante conspéctum Divínæ majestátis tuæ, clementíssime Pater, Deus, licet indígnus, assísto, tuámque ineffábilem pietátem supplex exóro, ut qui me sacerdotális officii concessísti mínistrum fieri, fácias me Tibi semper esse plácitum, et ad celebrándum tantum mystérium dignum.

KISSING OF THE ALTAR

The Priest rises & kisses the midst of the Altar, with any other Priests (the Deacon kisses the right horn).

The Priest signs himself on the forehead, saying:

In nómine Patris et + Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

CENSING

The Deacon puts incense in the thurible & says to the Priest:

Benedícite. **Priest:** Dóminus. Ab Ipso benedicátur in cujus honóre cremábitur. In nómine Patris + et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

The Priest censes the altar from the front; but the Deacon censes the Priest, the other sides of the altar, the relics, the Servers, the icons, & the people, during which the Priest kisses the Gospel-book & begins to pray the Apologiæ (p. 6).

KYRIELEYSON

The following is only one of various possible sets of verses.

Deacon: Kýrie Rex sempitérne, huic catérvæ Tibi laudes canéti semper eléyson.

Choir: Kyrieléyson.

Deacon: Piíssime Rex, majestáte præcélsa pollens, clara voce obníxe pétimus: nobis eléyson.

Choir: Kyrieléyson.

Deacon: Miríficæ Rex, Matris almæ Proles Mariæ, pietáte pro tua, júgiter nostri eléyson.

Choir: Kyrieléyson.

Deacon: Xpiste, cives quem cœlestes in arce aulae rútilæ glorióse collaúdent, semper resplendéntes, præpúlchræ, vérnulis tuis eléyson.

Choir: Xristeléyson.

Deacon: Xpiste, Patris Verbigéna inclíte, sústinens crucem pro salúte factúráe tuæ, victa morte qui surrexísti: nobis eléyson.

Choir: Xristeléyson.

Deacon: Xpiste, Flamen præpoténtem virtúte Tibi æquálem, qui vibránte fulgóris igne discíplis misísti ab axe, nobis eléyson.

Choir: Xristeléyson.

Deacon: Kýrie celse, quem mília mílium condigne angelórum collaúdant, semper humíliter orámus Te, Patrem: nobis eléyson.

Choir: Kyrieléyson.

Deacon: Kýrie alme, toto corde grex catérvæ tuæ conjúbilat coélicas laudes Tibi pulchre, ut illi dignéris semper eléyson.

Choir: Kyrieléyson.

Deacon: Kýrie clemens, suscípiens præcónia nostra poli arce: post carnis finem nos conjúge atque sine fine nobis eléyson.

Choir: Kyrieléyson.

During the Kyrie two Servers bring a tray with bread & wine & water cruets. Another brings the water basin & a towel.

PRIEST'S APOLOGIÆ DURING KYRIELEYSON

Priest, meanwhile, softly: Summe Sacérdos et vere Póntifex, qui Teípsum optulísti Deo Patri hóstiam vivam, puram et immaculátam, in ara crucis pro nobis míseris peccatóribus, quique dedísti nobis Carnem tuam ad manducándum et Sánguinem tuum ad bibéndum, et posuísti mystérium illud in virtúte Spíritus Sancti, dicens, ‘Hæc quotienscúmque feceritis in mei memóriam faciétis,’ rogo Te per Sánguinem tuum pretiósum, magnum salútis nostræ pretium, rogo Te étiam per hanc miram et inenarrábilem karitátem, qua nos míseros et indignos sic amáre dignátus es, ut laváres nos a peccátis nostris Sángvine tuo. Doce me indignum servum tuum quem inter caétera dona tua étiam ad offíciū sacerdotále vocáre dignátus es, nullis meis méritis sed sola misericórdiæ tuæ dignatióne. Doce me, quæso, per Spíritum Sanctum tuum, tantum tractáre mystérium ea reveréntia et honóre, ea devotióne et timóre, quibus opórtet et decet. Fac me, quæso, per grátiam tuam semper illud de tanto mystério crédere et intelligere, sentíre et fírmiter retinére, dícere et cogítare, quod Tibi placet et expédit ánimæ meæ. Intret Spíritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono. Et sine strépitu verbórum, loquátur omnem veritátem tantórum mysteriórum, profúnda quippe sunt nimis, et sacro tecta velámīne. Propter magnam cleméntiam tuam, concéde michi missárum sollémnia puro corde et munda mente celebráre. Líbera cor meum ab immúndis et nefándis, vanis, variis, et nóxiis cogitatió nibus. Muni me, quaéso, beatórum angelórum pia et fida tutéla atque fortíssima custódia, ut hostes ómnium bonórum confúsi discédant per virtútem tanti mystérii, et per manus sancti ángeli tui repélle a me et a cunctis servis tuis, spurcíssimum et nefandíssimum spíritum inánis glóriæ, iracúndiæ, fornicatiónis,

supérbiæ, et cenodóxiæ, invídiæ, avaritíæ, blasphemíæ et immunditíæ, dubietátis et diffidéntiæ, ut tantum sacrificium cum omni puritáte váleam Tibi offérre. Confundántur qui me persequúntur. Péreant illi qui pérdere cuncta bona festínant.

Rex vírginum, Deus amátor castitátis et integritátis, cœléstis rore benedictiόnis tuæ extíngue in córpore meo totum fómitem ardéntis libídinis, ut máneat in me tenor totíus castitátis et integritátis ánimæ et córporis. Mortífica in membris meis carnis stímulos, omnésque libidinósas commotiόnes, et da michi veram et perpétuam castitátis sanctimóniam, cum caéteris donis tuis quæ Tibi placent in veritáte, ut sacrificium laudis tuæ casto córpore et mundo corde cotídie váleam Tibi offérre.

Quanta enim cordis contritiόne et lachrymárum fonte, quanta reveréntia, timóre, et tremóre, quanta córporis castitáte et ánimæ puritáte, illud divínū et cœléste sacrificium est celebrándum, Dómine Deus meus, ubi Caro tua in veritáte súmitur, et Sanguis tuus in veritáte bíbitur, ubi ima summis jungúntur, ubi adest sanctorum angelórum præsentia, ubi Tu es sacérdos et sacrificium, mirabíliter et ineffabíliter!

Quis digne hæc celebráre potest, nisi Tu, omnípotens Deus, offeréntem féceris dignum? Scio, Dómine, et vere scio, ac idípsum bonitáti tuæ confíteor, quod non sum dignus accédere ad tantum mystérium propter nímia peccáta mea et infínitas negligéntias meas. Sed scio veráciter, et credo ex toto corde meo, et ore confíteor, quia Tu me potes dignum fácere, qui solus potes fácere mundum de immúndo conceptum sémīne. Et de peccatóribus justos facis et sanctos. Per hanc omnipoténtiam tuam et ineffábilem misericórdiam tuam, Te rogo: concéde michi peccatóri hoc cœléste sacrificium celebráre cum timóre et tremóre, cum cordis puritáte et lachrymárum fonte, cum spirituáli lætítia et gaúdio cœlésti.

Séntiat mens mea, Domine, dulcédinem beatíssimæ præsentíæ tuæ, et excúbias sanctorum angelórum tuórum in circúitu meo. Ego enim, memor venerándæ passiόnis tuæ, accedo ad altáre tuum, licet peccátor, ut offeram Tibi de donis tuis sacrificium quod Tu instituísti, et offérri tuæ majestáti præcepísti in commemoratiόnem tuam, et pro nostra salúte.


Peto cleméntiam tuam, piíssime Redémptor, ut descéndat super hunc panem et calicem istum plenitúdo Divinitátis tuæ. Descéndat étiam, Dómine, illa Sancti Spíritus tui invisíbilis forma et incomprehénsibilis majéstas, sicut quondam in patrum hóstias descendébat, quæ et oblatiόnes nostras Corpus et Sánguinem tuum effíciat, et me, indignum sacerdotem tuum, doceat

tantum tractare mysterium cum cordis puritate et lachrymarum fonte, cum omni reverentia et tremore, ita ut placide et benigne suscipias sacrificium laudis de manibus meis ad salutem omnium, tam vivorum quam defunctorum fidelium. (And he may pray yet further.)


As soon as the choir is finished with the Kyrieleyson Litany, the Priest intones the Gloria in the midst of the altar.

ANGELIC HYMN

(If a Bishop is celebrating, two cantors sing: *Sacerdos Dei excelsi, veni ante sanctum et sacrum altare, et in laude Regis regum vocem tuam emitte. Supplices Te deprecamur, eya dic, domne:*)




Priest: Gló-ri- a in ex-cél-sis De- o.



Priest: Gló-ri- a in ex-cél-sis De- o.




Priest: Gló-ri- a in ex-cél-sis De- o.




Priest: Gló-ri- a in ex-cél-sis De- o.




Priest: Gló-ri- a in ex- cél-sis De- o.



Priest: Gló- ri- a in ex-cél-sis De- o.



Priest: Gló-ri- a in ex-cél-sis De- o.




Priest: Gló-ri- a in ex-cél-sis De- o.



Priest: Gló-ri- a in ex-cél-sis De- o.




Priest: Gló- ri- a in ex-cél-sis De- o.



Priest: Gló-ri- a in ex-cél-sis De- o.



Priest: Gló- ri- a in ex-cél-sis De- o.



Priest: Gló-ri- a in ex- cél-sis De- o.

As the bells ring & the choir continues, Priest, Deacon, & Subdeacon say softly:

Choir: Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus Te. Benedicimus Te. (bow:) Adoramus Te. Glorificamus Te. Gratias agimus Tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, rex caelestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite, Iesu Xpiste. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Qui tollis peccata mundi: (bow:) suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris: miserere nobis. Quoniam Tu solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus altissimus. (bow:) Iesu Xpiste, cum Sancto Spiritu, in gloria Dei + Patris. Amen.

Then the Priest says softly, during the choir's singing:


PRIEST'S APOLOGIAE DURING THE GLORIA

Priest (softly): Suscipere digneris confessionem meam, Sancta Trinitas, Domine Deus omnipotens, unica, vera, et sempiterna spes salutis meae, quam ego peccator effundo in conspectu pietatis tuae.

Confiteor quia peccavi in gula, in ebrietate, in libidine, in luxuria, in immunditia, in tristitia, in accidia, in somnolentia, in ira, in cupiditate, in invidia, in malitia, in odio, in detractioe, in mendacio, in perjurio, in vana gloria, in levitate ac superbia, in concupiscentia, in avaritia, in negligencia, in cogitatione iniqua et immunda, in locutione prava et vana, in operatione perversa, in fornicatione, et in pollutione mentis et corporis, in delectatione et consensu iniquo et injusto, et in omnibus vitiis et iniquitatibus ac immunditiis. Reus et culpabilis factus sum plusquam possum corde cogitare, vel ore dicere, vel aestimatione pensare. Sed Tu, Deus, qui non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur ad Te et vivat, qui justificas impios et vivificas mortuos, Tu justifica et resuscita me, per tuam magnam misericordiam et sempiternam gratiam. Amen.


Piissime Deus, qui es immortalis, solus, omnipotens,

et ætérnus, esto propítius michi peccatóri, et indúlge michi quod ego misérrimus et indigníssimus præsumo ad tuum sanctum altáre accédere, et tuum sanctíssimum et gloriosíssimum et adorándum nomen invocáre. Ego enim peccávi gráviter. Reum me et culpábilem feci innumberábíliter ab infántia mea usque nunc, coram Te et coram ángelis tuis. Sed Tu, piíssime Deus, qui non vis mortem peccatóris, sed ut convertátur ad Te et vivat, tríbue michi indulgéntiam ómnium delictórum meórum, et confírma me in tua sancta et cathólica fide, et fac me fácere voluntátem tuam ómnibus diébus vitæ meæ, et in beneplácito tuo fac me semper permanére. Quia Tu dignátus es peccátóres ad tuam misericórdiam vocáre, et ad Te veniéntibus dignátus es piíssimam indulgéntiam et sempitérnam grátiam tuam conférre, quia Tu es creátor ómnium et Dóminus; Tibi est omnis honor et glória. Per Ihesum Xpistum únícum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.




GREETING OF THE PEOPLE

When the chant is done, the Priest signs his forehead, then turns to the people, raises his arms in blessing, & says clearly:




Dó-mi-nus vo-bís-cum. All: Et cum spí-ri-tu tu-o.

(But if a Bishop celebrates, he blesses saying:



V. Pax vo-bis. R. Et cum spí-ri-tu tu-o.)


With lowered & joined hands, the Priest says:



O-ré-mus. The Priest turns to the Altar & sings the:

COLLECTS

(These vary with the day. Before the last one, the Epistle book is taken from the altar. The ending of the Collect is always:)




... Per óm-ni- a saéc-u-la sæ-cu-ló-rum. R. A-men.

Before the second and succeeding Collects, the Priest sings again, "Let us pray." But he only sings this twice.

All, except for the Priest himself, bow during the Collects, at the two doxologies rising and crossing themselves.

APOSTLE

During the last Collect the Subdeacon takes the book to the holy doors, & standing a little west of them, turning himself to the altar, he (after the Collect's doxology) reads:



Léc-ti-o e-pí-sto-læ be-á-ti (Pau-li) a-pós-to-li



ad (Ro-má-nos): etc.

During the Apostle two Acolytes with candles escort a third as he comes from the presbytery bringing chalice, paten, veil, & corporals. He places them on the altar & kisses the Altar.

GRADUALE/ALLELUYA/TRACTUS/SEQUENTIA

(these chants vary with the day)

During the Gradual, the Priest & his ministers recite the chant texts without note. After that, the Subd., assisted by an acolyte, washes his hands & prepares the bread (placing it on the paten) & chalice (pouring wine into the chalice & letting water into it with a spoon, but first asking the Priest to bless the water thus:

Benedícite. Priest: Dóminus. Ab Eo sit + benedícta, de cujus látere exívit sanguis et aqua. In nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

After the Gradual, the singers bow to the Altar & return to choir. While Alleluya is sung, the principal Deacon washes his hands, then spreads the corporals over the Altar. After the Alleluya, the singers bow to the Altar. During the Sequence (or last chant), the principal Deacon censes the midst of the Altar till a signal from the choir. Then he bows northward before the Priest, who stands before the Altar, saying:


Jube, Dómine, benedícere. Priest: Dóminus sit in corde tuo et ore tuo ad pronuciándum sanctum Evangélium Dei. In nómine Patris et + Fílii et Spíritus Sancti. Amen. In front of the Gospels, the Deacon says softly: Dómine, da sermónem rectum et bene sonántem in os meum, ut competénter enúntiem verba Evangélii tui.

The Deacon reverently kisses the book, then takes it up, and preceded by 2 Taper-Bearers, Thurifer, Cross-bearer, & Subdeacon, he goes to the eagle-shaped analogium in the rood-loft. When the choir finishes, they bow to the Altar.

STATION FOR THE GOSPEL


With Subdeacon & taper-bearer on his left & the other taper-bearers & cross-bearer on his right (one Taper-Bearer was

already at the eagle, adorning it), & the Thurifer behind him, the Deacon sings aloud:



Dó-mi-nus vo-bís-cum. R: Et cum spí-ri-tu tu- o.

With his thumb, he makes the sign of the Cross over (1) the book, (2) his forehead, (3) his breast, & says:



Se-quén-ti-a (I-ní-ti-um) sanc-ti E-van-gé-li-i



se-cún-dum N. (double feasts:) se-cún-dum N.

All turn & bow to the Altar. The choir cross themselves:



Gló-ri-a Ti-bi, Dó-mi-ne. Gló-ri-a Ti-bi, Dó-mi-ne.


GOSPEL,

There is no response, but the Gospel is brought to the altar, & all the Clergy kiss it in order.

SERMON / HOMILY

Here a sermon or homily is preached, which shall always be done on Sundays & ordinarily on great Feasts as well.

SYMBOL of FAITH — SUNDAYS & SOME FEASTS



(Choir cross themselves, bow east:)


Priest: Cré-do in u-num De-um.

Choir: Patrem omnipoténtem, Factórem cœli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Ihesum Xpistum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia saécula. Deum de Deo, Lumen de Lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum


non factum, consubstantiálem Patri, per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nostram salútem, (bow:) descendit de cœlis. (bow:) Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine: (bow:) Et homo factus est. Crucifíxus étiam pro nobis sub Póntio Piláto, passus et sepúltus est. Et resurrexit tértia die secúndum scriptúras. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vivos et mórtuos, cujus regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem, qui ex Patre procedit. Qui cum Patre et Fílio simul (bow:) adorátur et conglorificátur, qui locútus est per prophétas. Et unam sanctam, cathólicam, et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptisma in remissionem peccatórum. Et expécto resurrectionem mortuórum. (bow:) Et vitam ventúri saéculi. Amen.

OFFERTORY — ‘MISSA MYSTERIORUM’

The Priest signs his forehead, turns to the people, & raises his hands in blessing over them, singing:



Dó-mi-nus vo-bís-cum. R: Et cum spí-ri-tu tu- o.



With lowered hands, he says: **O-ré-mus.** He turns east.

OFFERENDA (sung by the choir)

The **Deacon** or Server (using veil) hands the Priest the chalice, then the paten with host, kissing his hands each time. The Priest puts the chalice in its place, in the midst of the Altar, & bows, then raises the chalice & paten:

Súscipe, Sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quam ego indignus peccátor óffero in honóre tuo, et beátæ Mariæ perpétuæ Vírginis, et ómnium sanctórum tuórum, pro peccátis et offensióibus meis, pro salúte vivórum, et réquie ómnium fidélium defunctórum.*

* **Other Suscipies:** Súscipe, Sancta Trínitas, hanc oblatiónem quam Tibi óffero in memóriam incarnatiónis, nativitátis, passiónis, resurrectionis, ascensiónis Dómini nostri Ihesu Xpisti, et in honóre ómnium sanctórum tuórum, qui Tibi placérunt ab infitio mundi, et eórum quorum hódie festívitatis celebrátur, N. & N., et quorum hic nómina et reliquiæ habéntur, ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salútem, ut illi omnes pro nobis intercédere dignéntur in cœlis, quorum memóriam fácimus in terris.

Súscipe, Sancta Trínitas, hanc oblatiónem quam Tibi offerimus pro re pública nostra et ejus milítia,* et statu regni nostri, ac pro omni pópulo Xpistiáno, et pro his qui nostri memóriam in suis contínuis oratióibus habent, ut hic véniam recipiant peccatórum, et in futúro praémia conséqui mereántur aetérna. * *originally: pro rege nostro et sua venerábili prole...*

Súscipe, Sancta Trínitas, hanc oblatiónem quam Tibi óffero pro me peccatóri misérrimo ómnium hóminum, pro meis peccátis innumerabílibus, quibus peccávi coram Te, in dictis, in factis, in cogitatióibus, ut pratérta michi dimittas, et de futúris me custódiás: pro sanitate córporis et ánimæ meæ, pro gratiárum actióne de tuis bonis quibus cotídie utor. Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quæ retríbuít michi? Cálicem salutáris accípiam et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.

Súscipe, Sancta Trínitas, hanc oblatiónem quam Tibi óffero pro animábus famulórum, famularúmque tuárum N. et N., ut réquiem aetérnam dones eis inter sanctos et eléctos tuos, ut in illórum consórtio vita perfruántur aetérna.

He makes a cross with the Gifts, saying:

In nómine Patris, + et Fílii, et Spíritus Sancti. Accéptum sit omnipoténti Deo hoc sacrificium novum.

Veiling Prayer

Ignósce, Dómine, quod dum rogáre compéllor dum per immúnda lábia nomen sanctum tuum assúmo, et immundórum áctuum secréta confíteor, non hábeo apud Te verba sine crímine, Tu enim consciéntiæ meæ vúlnera, Tu cogitátionum meárum occúlta nosti, et immundítias meas Tu solus agnóscis, miserére michi, Dómine, miserére michi! Ignósce mystérii tui tractánti, nec indígnum misericórdiæ tuæ júdices quem pro áliis rogáre permíttis, et in quo testimónium boni óperis officium saltim dis dispensatiónis redére non recúses, Salvátor mundi, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

He replaces the chalice, veils it in the corporals, puts the bread on the corporals in front of the chalice, kisses the paten, & lays the paten on the altar to his right, partly veiled.

CENSING

The Deacon puts incense in the thurible & says to the Priest:

Benedícite. Priest: Dóminus. Ab Ipso benedicátur in cujus honóre cremábitur. In nómine Patris + et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

The Priest censens the Sacrifice: with 3 crosses over it; with 3 circles around it; with 3 three swings to the right & 3 to the left; with 3 swings to the altar base. Meanwhile, he says:

Dirigátur, Dómine, ad Te orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo, elevátio mánum meárum sacrificium vespertínium. Pone, Dómine, custódiam ori meo, et óstium circumstantiæ lábiis meis. Non declínes cor meum in verba malítiae ad excusándas excusatiónes in peccátis.

The Priest is censed by the Deacon & kisses the Gospels.

GIVING OF OBLATIONS — HOLY DOORS

An Acolyte holds a tray. The people put their gifts in the tray & kiss the Priest's hand, he saying to each:

“Accípias céntuplum, et possídeas vitam ætérnam, in nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.”

Meanwhile, the Deacon censens the other sides of the altar; Relics; Clergy; & chancel. An Acolyte censens: Deacon; Servers; icons on rood screen; choir; & people.

WASHING OF HANDS

The Priest washes his hands to the right of the Altar, saying:

Munda me, Dómine, ab omni inquinaménto mentis

et córporis, ut possim mundátus implére opus sanctum Dómini. (Any concelebrants likewise wash their hands.)

Meanwhile the Deacon censens the other sides of the altar; Relics; other Clergy; & chancel. The Acolyte censens: Deacon; Servers; icons on rood-screen; choir; & people. But at the altar, the Priest bows head & body, & says with joined hands:

In spíritu humilitátis et in ánimo contríto suscipiámur, Dómine, a Te: et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo, ut a Te suscipiátur hódie, et pláceat Tibi, Dómine Deus meus.

Rising, he kisses the altar to his left, then in the following prayer signs: (1) the Elements; (2) his forehead.

Veni, Sancte Spíritus: + bénedic et sanctífica hoc sacrificium ad laudem et glóriam nóminis tui præparátum. In nómine Patris, + et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen. The Priest turns to the people.

He says in a medium to soft spoken voice:

Oráte, fratres et soróres, pro me, ut meum paritérque vestrum accéptum sit Dómino Deo nostro sacrificium.

He bows to them, & they to him. Then they answer softly:


Sancti Spíritus grátia illúminet cor tuum et lábia tua, et accípiat Dóminus digne hoc sacrificium laudis de mánibus tuis, pro peccátis et offensióibus nostris.




O-ré-mus. He turns back to the altar & sings the

SUPER OBLATA

The doxology of the last Super Oblata he says very softly, then lifts up his voice to sing:




V. Per óm-ni-a saé-cu-la sæ-cu-ló-rum.




R. A-men. The Priest does not lift his hands here.



V. Dó-mi-nus vo-bís-cum.




R. Et cum spí-ri-tu tu-o. He lifts his hands, saying:



V. Sur-sum cor-da.



R. Ha-bé-mus ad Dó-mi-num.




V. Grá-ti-as a- gá-mus Dó-mi-no De- o nos-tro.




R. Dig-num et jus-tum est.

The Priest sings sweetly:


PREFACE




Ve-re dig-num et jus-tum est, æ-quum et sa-lu-tá-



re, nos Ti-bi sem-per et u-bí-que grá-ti-as á-ge-




re, Dó-mi-ne sanc-te, Pa-ter om-ní-po-tens, æ-




tér-ne De-us...

The Prefaces vary at this place, but they end in one of these two ways:


ENDING 1




Per quem ma-jes-tá-tem




tu-am lau-dant Án-ge-li,



a- dó-rant Do-mi-na-ti-



ó- nes, tre-munt Po-tes-




tá-tes. Cæ-li, cæ-lo-rúm-


ENDING 2



Et í- de- o cum Án-ge-




lis et Arch-án- ge- lis,



cum Thro-nis et Do-mi-



na- ti- ó- ni- bus, cum-




que om-ni mi- lí- ti- a


... ENDING 1...




que Vir-tú-tes, ac be-á-




ta Sé-ra-phin, só- ci- a



ex- ul- ta- ti- ó- ne con-



cé- le-brant. Cum qui-



bus et nos-tras vo-ces, ut



ad-mít- ti jú- be- as, de-pre-cá-mur, súp-pli-ci




con-fes-si- ó- ne di-cén-tes:


... ENDING 2...




cæ-lés-tis ex-ér-ci-tus,



hym-num gló- ri- æ



tu- æ cá- ni- mus, si-



ne fi- ne di-cén-tes:

SANCTUS

The small bells are rung throughout the first three words. All bow for each "Sanctus," then the Priest rises, & lifts his hands, & lowers them. On Sundays or Feasts, a trope is done.

Choir: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus sábaoth. Pleni sunt cœli et terra glória tua. Osánna in excélsis. Benedictus qui venit in nómine Dómini. Osánna trope: (Xpisto Regi regum; benígne sacra pangámus præcónia. In sacrátione Corporis sacri Sanguínisque, voce dicámus pulchra, Ipsi Redemptóri supplicámus una: Largítor óptime, Rectórque benígne, réspice nos in terra. Exístens cum Patre et cum Sacro Flámíne, nostra munda pectora. Juste Judex, júdicans, Tecum sis nos súscitans, in dextra parte collócans, benignéque sanctíficans.) **in excélsis.**

The Deacon (or Server) lifts the Missal for the Priest; the Priest kisses the feet of Christ in the Missal, saying softly:


Adorámus Te, Xpiste, et benedícimus Tibi, quia per sanctam crucem tuam redimísti mundum.



CANON MISSÆ

Servers depart to stand west of the rood-screen doors, hands crossed on their breasts. No bells are rung during the Canon.

The Priest joins his hands & lifts his eyes, then bows deeply, chanting softly:



E ígitur, clementíssime Pater, per Ihesum Xpistum Fílium tuum Dóminum nostrum, súplices rogámus ac pétimus:

He rises; kisses the altar to his left; makes 3 crosses over the chalice:

Uti accepta hábeas et benedícas hæc + dona, hæc + múnera, hæc + sancta sacrificia illibáta:

He lifts his hands: Imprímis quæ Tibi offérimus pro ecclésia tua sancta cathólica, quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere dignéris toto orbe terrárum, una cum beatíssimo fámulo tuo Patriárcha nostro **N.** et Antístite nostro **N.** (et Presidénte nostro ac Senátu,) et ómnibus Orthodóxis, atque cathólicæ et apostólicæ fídei cultóribus.

MEMENTO OF THE LIVING

Meménto, Dómine, famulórum famularúmque tuárum **N.** et **N.**, The Priest or Deacon reads the names of those specially commemorated... et ómnium circumstántium, quorum Tibi fides cógnita est et nota devótio, pro quibus Tibi offérimus, vel qui Tibi offerunt, hoc sacrificium laudis pro se suisque ómnibus, pro redemptióne animárum suárum, pro spe salutis et incolumitátis suæ, Tibíque reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

COMMUNICANTES — may vary

At the italicised words, the Priest bows:

Communicántes, et memóriam venerántes, imprímis *gloriosæ semper Vírginis Maríæ, Genitrícis Dei et Dómini nostri Ihesu Xpisti*, sed et beatórum apostolórum ac mártýrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Johánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi, Lini, Cleti, Cleméntis, Syxti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Vincéntii, Chrysógoni, Johánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni, Hilárii, Martíni, Benedícti, Gregórii, Augustíni, Amándi, Floréntii, et ómnium sanctórum tuórum:

quorum méritis precibúsque concédas ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxiliis. Per eúndem Xpistum Dóminum nostrum. R. Amen.

HANC IGITUR — may vary

The Priest looks at the host, placing his hands to the right & left of the Sacrifice, then bows deeply, saying:

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, (he rises:) quaésumus, Dómine, ut placátus accípias, diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Xpistum Dóminum nostrum. Amen.

He will make 5 crosses; (1), (2), & (3) over both chalice & bread; (4) over the bread; (5) over the chalice. First he looks upon the sacrifice, saying:

Quam oblatiónem Tu, Deus omnípotens, in ómnibus, quaésumus, + benedíctam, + ascríptam, + ratam, rationábilem acceptabílemque fácere dignéris, ut nobis + Corpus et + Sanguis fiat dilectíssimi Fílii tui Dómini Dei nostri Ihesu Xpisti. He raises his hands to heaven:

Qui pridie quam paterétur, (here he takes the host & lifts it chest-high), accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, et elevátis óculis in cælum (he lifts his eyes) ad Te, Deum Patrem suum omnípoténtem (he bows, then rises a little), Tibi grátias agens, (he rises & signs it with his right hand:) + benedíxit, (he motions as if to break it:) fregit, deditque discíplis suis dicens: Accípite et manducáte ex hoc omnes, hoc est enim Corpus meum.

He bows deeply, makes a cross over the sindon with the host, then unveils the chalice & says:

Símili modo, posteaquam cœnátum est, (he takes the chalice & lifts it slightly:) accípiens et hunc præclárum cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas, (he sets it down, & bows:) ítem Tibi grátias agens, (he rises & signs it:) + benedíxit, deditque discíplis suis, dicens: (he lifts it up slightly from the altar:) Accípite et bíbite ex eo omnes,

Hic est enim calix Sanguinis mei, novi et ætérni testaménti, mystérium fídei, qui pro vobis et pro multis effundétur in remissionem peccatórum. Hæc quotienscúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

The Priest replaces the chalice on the altar, then bows deeply.

EPICLESIS

He raises his hands & eyes to heaven, then (as shown) signs (1) the Body of the Lord; (2) the Blood; (3) Both.

Unde rogámus Te, Dómine, mittere Sanctum Spíritum tuum in hoc Sacrificium, ut confíceret panem istum in pretiósium + Corpus Xpisti tui,

et cálicem istum in pretiósum + Sáanguinem Fílii tui Dómini nostri Ihesu Xpisti, Sancto Spíritu + convértens Illos.

He veils the chalice & lifts his arms like the Crucified:

Unde et mémoires, Dómine, nos tui servi, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Xpisti Fílii tui Dómini Dei nostri tam beátæ passiónis, necnon et ab ínferis resurrectiónis, sed et in cœlos gloriósæ ascensiónis, offérimus præcláræ majestáti tuæ de tuis donis ac datis,

He lowers his arms & signs Both thrice, saying:

Hóstiam + puram, Hóstiam + sanctam, Hóstiam + immaculátam, (the Host:) Panem + sanctum vitæ æternæ, et (the chalice:) + Cálicem salutis perpétuæ.

He looks upon the Host, then extends his arms as before:

Supra quæ propítio ac seréno vultu respícere dignéris, et accépta habére, sícuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justí Abel, et sacrificíum patriárchæ nostri Ábrahæ, et quod Tibi óptulit summus sacérdos tuus Melchisedec, sanctum sacrificíum, immaculátam hóstiam.

He folds his arms X-wise across his breast, & bows deeply.
The Servers re-enter the chancel.

Súplices Te rogámus, omnípotens Deus...

Here he prays for whatever he wishes.

... Jube hæc perférri per manus sancti Ángeli tui in sublíme altáre tuum, in conspéctu divínæ majestátis tuæ,

He kisses the altar to his left, rises, & signs the Body & Blood:

ut quotquot ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui + Corpus et + Sáanguinem sumpsérimus, (he signs his forehead:) omni benedictióne + cœlésti et grátia repléamur. Per eúndem Xpistum Dóminum nostrum. R. Amen.

Here all the Deacons' hands are washed by the Ministers.

Meménto mei, quæso Dómine, et miserére, licet hæc sancta indígne Tibi, sancte Pater omnípotens æterne Deus, meis mánibus offerúntur sacrificia qui nec invocáre sanctum ac venerábile nomen tuum dignus sum. Sed quóniam in honóre, laudis et memória gloriosíssimi dilectíque Fílii tui Dómini nostri Ihesu Xpisti offerúntur, sicut incénsus in conspéctu divínæ majestátis tuæ cum odóre suavitátis accendántur. Per eúndem Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. R. Amen.

MEMENTO OF THE DEPARTED

Meménto étiam, Dómine, animárum famulórum famularúmque tuárum qui nos præcessérunt cum signo fidei, et dórmiunt in somno pacis, N. et N. ...

The Priest or Deacon reads the names commemorated.

Ipsis, Dómine, et ómnibus in Xpisto quiescéntibus, locum refrigérii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. Per eúndem Xpistum Dóminum nostrum. R. Amen.

He strikes his breast once with his right hand & says:

Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multítudine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam et societátem donáre dignéris cum tuis sanctis apóstolis et martýribus: cum Johánne, Stéphano, Mathía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Ágatha, Lúcia, Agnéte, Cecília, Anastásia, Euphémia, Ætheldrýthæ, Geretrúdis, et cum ómnibus sanctis tuis, intra quorum nos consórtium, non Æstimátor mériti, sed véniæ, quaesumus, Largítor admítte. Per Xpistum Dóminum nostrum,

He signs the veiled chalice thrice:

Per Quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, + sanctíficas, + vivíficas, + benedícis, et præstas nobis.


UNVEILING OF THE CHALICE

He lifts the top corporas, unveiling the chalice, braces it with his left hand, & takes up the Host in his right. As marked below he makes five crosses with It: (1) above the chalice, rim to rim; (2) level with the chalice; (3) within the cup of the chalice; (4) above it, as before; (5) in front of the chalice.

Per + Ipsum, et cum + Ipso, et in + Ipso, est Tibi Deo Patri + omnipoténti, in unitáte Spíritus + Sancti, omnis honor et glória,

ELEVATION OF THE GIFTS

The Priest & Deacon lift up the Host & chalice somewhat, the Priest singing in a voice strong & clear:



... Per óm-ni- a saé-cu-la sæ-cu-ló-rum.


The faithful & Clergy, having fallen to their knees, trace a cross on the ground with the thumb, kiss the ground there, then stand on their knees, answering:



R. A-men. (And then all rise to their feet.)

THE 'BURIAL' VEILING

The Priest & Deacon veil the chalice. Then the Priest sings:



O-ré-mus. Præ-cép-tis sa-lu-tá-ri-bus mó-ni-ti,
et di-ví-na in-sti-tu-ti-ó-ne for-má-ti,
au-dé-mus dí-ce-re:

PATER NOSTER

The Deacon unveils the paten & holds it up with outstretched arm until "Da propítius." The Priest lifts his hands, & sings:



Pa-ter nos-ter, qui es in cœ-lis, sanc-ti-fi-cé-tur
no-men tu-um. Ad-vé-ni-at reg-num tu-um. Fi-at
vo-lún-tas tu-a si-cut in cœ-lo et in ter-ra.
Pa-nem nos-trum co-ti-di-á-num da no-bis hó-
di-e. Et di-mít-te no-bis dé-bi-ta nos-tra,
si-cut et nos di-mít-ti-mus de-bi-tó-ri-bus nos-
tris. Et ne nos in-dú-cas in ten-ta-ti-ó-nem.

Choir: Sed lí-be-ra nos a ma-lo. Priest, softly: Amen.

Priest (singing aloud:) Líbera nos, quaésumus Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, præsentibus, et futúris, et intercedente beáta et gloriósa sempérque Vírgine Dei Genitríce María (he bows a little), et electórum Archangelórum tuórum Michaélis, Gabriélis, et Raphaélis, et beáti Johánnis baptístæ et præcursóris

tui, et beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, N. & N., cum ómnibus sanctis,

He touches the paten to both his eyes, saying:

Da propítius pacem in diébus nostris, (he makes a cross with it over his head:) + ut ope misericórdiæ tuæ adjúti, et a peccáto simus semper líberi, et ab omni perturbatióne secúri.

The Priest & Deacon unveil the chalice; the Priest breaks It over the chalice in half, saying:


Per eúndem Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, (he breaks right Portion again in half:) Qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus...



V. Per óm-ni-a saé-cu-la saé-cu-ló-rum. R. A-men.

BISHOP'S BENEDICTION

Deacon, singing, facing the Bishop: Princeps ecclésiæ, pastor óvibus, commíssam plebem tuam benedícere dignéris. Facing the people: Cum mansuetú-dine et karitáte, humiliáte vos ad benedictiónem.



R. De-o grá-ti-as.

Here the Bishop sings a number of petitions, the people answering to each: "Amen." His last two are usually:

Quod Ipse præstáre dignétur, cujus regnum et impérium sine fine permánet in saécula sæculórum. R. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, + Patris, et + Fílii, et Spíritus + Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. R. Amen.

The Priest, holding only the third Portion, makes 3 crosses in the cup of the chalice with It, singing in a full voice:



Pax Dó-mi-ni sit sem-per vo-bís-cum.



R. Et cum spí-ri-tu tu-o.

Bishop: If a Bishop celebrates, he says, "Et pax Dei sit..."



AGNUS DEI

In the nave, the cantor sings, “Agnus Dei” each time, everyone bowing (or prostrating) at his words. But the Clergy say:

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
miserére nobis. (Those in the chancel bow here.)

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
miserére nobis. (All those in the chancel bow.)

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
miserére nobis. (All those in the chancel bow.)

COMMIXTION

At the mark below, the Priest signs the chalice with the 3rd Portion, after which he lowers It into the Blood. Softly:

Priest: Hæc sacrosáncta + commíxtio Córporis et Sánguinis Dómini nostri Ihesu Xpisti fiat michi omnibúsque suméntibus salus mentis et cörperis, et ad vitam ætérnam promeréndam et capescéndam præparátio salutáris. + Per eúndem Xpistum Dóminum nostrum. R. Amen. All the prayers following are softly said.

PRAYERS FOR PEACE

Dómine Ihesu Xpiste, qui dixísti apóstolis tuis, “Pacem meam do vobis; pacem relínquo vobis,” ne respicias peccáta mea, sed fidem ecclésiæ tuæ, eamque voluntáte tua pacificáre, custodíre, et adunáre dignáre, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas, Deus per ómnia saécula sæculórum. R. Amen.

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, da nobis hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem Fílii tui Dómini nostri Ihesu Xpisti ita digne súmerere, ut mereámur per hoc remissionem ómnium peccatórum nostrórum accíperere, et tuo Sancto Spíritu repléri, et pacem tuam habére. Quia Tu es Deus, et non est álius præter Te, cujus regnum gloriósum permánet in saécula sæculórum. Amen.

KISS OF PEACE

The Priest kisses (1) the corporal, to his left; (2) the chalice; (3) the Deacon, saying softly:

Pax tibi et ecclésiæ Dei. R. Et cum spíritu tuo.

The Priest kisses the Subdeacon, who kisses an Acolyte, who kisses the others. The Deacon gives the kiss to the cantor, who kisses the Clergy in the choir. In monasteries, all receive the kiss from the Priest, at the holy doors.

Pax Icon: The Priest gives it to a Taper-Bearer, kissing it, then the Taper-Bearer brings it to the people in the nave to kiss.

PRAYERS BEFORE COMMUNION

Priest, holding the Host in both hands: Deus Pater, fons et órgo totíus bonitátis, qui ductus misericórdia

Unigénitum tuum pro nobis ad ínfima mundi descendere, et carnem súmerere, voluísti, quam ego indignus hic in mánibus meis téneo, (he bows deeply:) Te adóro, Te glorifico, Te tota mentis ac cordis intentióne laudo, et precor ut nos fámulos tuos non déseras, sed peccáta nostra dimíttas, quátenus Tibi soli Deo vivo ac vero pure corde et casto cörpero servíre valeámus. Per eúndem Xpistum Dóminum nostrum. R. Amen.

The Priest holds the Host over the chalice, attentively saying:

Dómine Ihesu Xpiste, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti, líbera me, quæso, per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum a cunctis iniquitátibus meis, et ab univérsis malis, et fac me tuis semper obedíre mandátis, et a Te nunquam in perpétuum separári permíttas, Salvátor mundi, qui cum Deo Patre et eódem Spíritu Sancto vivis et regnas, Deus per ómnia saécula sæculórum. R. Amen.

Córporis et Sánguinis tui, Dómine Ihesu Xpiste, sacraméntum quod (licet indignus) accípio, non sit michi judício et condempnatióne, sed tua prosit pietáte cörperis mei et ánimæ salutí. R. Amen. He bows:

Ave in ætérnum, sanctíssima Caro Xpisti, michi ante ómnia et super ómnia summa dulcédo. Corpus Dómini nostri Ihesu Xpisti sit michi peccatóri via et víta. He makes a cross with the Host before his mouth:

In nómine + Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

With reverence he partakes of the Body of the Lord. Then he looks reverently on the chalice, saying:

Ave in ætérnum, cœléstis Potus, michi ante ómnia et super ómnia summa dulcédo. Corpus et Sanguis Dómini nostri Ihesu Xpisti prosint michi peccatóri ad remédium sempitérnum in vitam ætérnam. Amen.

He makes a cross with the chalice before his mouth, saying:

In nómine + Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

He partakes of the Blood of the Lord in distinct sips. And likewise, saying the first “Ave” prayer, all the major Clergy partake of the Body, then, saying the second “Ave” prayer, all of them partake of the Blood. Then the communion procession goes to the holy doors: (1) Thurifer with the ablution goblet; (2) two Taper-Bearers with the houseling cloth; (3) Deacon with the chalice; (4) Priest with the Host on a large paten. The communicants bow a little, saying:

PRAYER BEFORE COMMUNION

People: Confíteor Deo, beátæ Maríæ, ómnibus sanctis, et vobis, quia peccávi nimis cogitatióne, locutióne, et ópere, mea culpa. Precor sanctam Maríam,

omnes sanctos Dei, et vos orare pro me.

Bishop (or Priest): Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimittat vobis omnia peccata vestra, liberet vos ab omni malo, conservet et confirmet in bono, et ad vitam perducat aeternam. **People:** Amen.

Priest: Indulgentiam et remissionem omnium peccatorum vestrorum, spatium verae poenitentiae, et emendationem vitae, gratiam et consolationem Sancti Spiritus, tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus. **People:** Amen.

The people come forward with arms crossed X-wise over the chest, and at the cloth each: (1) bows deeply or prostrates; (2) kisses both the Priest's hands; (3) communes; (4) goes immediately to the Thurifer and sips the ablution wine; (5) returns to his or her place.

ANTIPHON 'AD COMMUNICANDUM'

Venite, populi, ad sacrum et immortalé mysterium et libamen agendum. Cum timore et fide accedamus; cordibus mundis poenitentia, Munis communicemus. Quoniam Agnus Dei propter nos Patri sacrificium propositum est. Ipsum solum adoramus, Ipsum glorificemus, cum Angelis clamantes: Alleluya!

Meanwhile, each communicant says his or her Saint's name & the Priest communes him or her, saying:

(Fámule o fámula Dei N.), Corpus et Sanguis Domini nostri Ihesu Xpisti prosit tibi ad remissionem omnium peccatorum tuorum et ad vitam aeternam. Amen.*

* a variety of forms were used; this one is in the Westminster Missal.

Priest & Ministers return to the altar; the Priest gathers the crumbs into the chalice. The Deacon consumes the rest

Priest: Grátias Tibi ago, Dómine sancte, Pater omnipotens, aetérne Deus, qui me refecísti de sacratíssimo Córpo et Sanguine Fílii tui Dómini nostri Ihesu Xpísti, et precor ut hoc sacraméntum salutis nostræ quod sumpsi, indignus peccátor, non véniat michi ad júdicium neque ad condemnatióem pro méritis meis, sed ad proféctum córporis mei et animæ in vitam aetérnam, pro misericórdia tua. Amen.

RESERVATION & ABLUTIONS

The Deacon consumes what remains of the GiftS & reserves the Rest in the Dove. The Deacon (or Priest) performs the ablutions; first, wine is poured over his fingers as he prays:

Quod ore sumpsimus, Dómine, pura mente capiámus, et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnus. + Per Dóminum nostrum Ihesum Xpístum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in

unitate Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula saeculórum. Amen.

Wine & water are poured on his fingers; he drinks, then says:

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crimine et cœlestis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum Ihesum Xpístum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula saeculórum. Amen. **and:** Benedícta a Fílio tuo, Dómina, quia per te Fructum vitæ communicávimus.


Water is poured on his fingers; he drinks, then bows before the Cross, saying:

Adorémus crucis signáculum, per quod salutis sumpsimus sacraméntum.

He washes his hands & the Deacon puts the veils away. The Taper-Bearers take up their lit candles; the Priest signs himself on the forehead and turns to the people, saying:



Dó-mi-nus vo-bís-cum. R: Et cum spí-ri-tu tu- o.



Having lowered his hands, he says: O- ré-mus.

POSTCOMMUNIONS — variable prayers ending:




... Per óm-ni- a saé-cu-la sæ-cu-ló-rum. R. A-men.



Priest: O-ré-mus. **Deacon:** Hu-mi-li- á- te cá-pi-ta



ves-tra De- o.



Choir: De- o grá-ti- as.

SUPER POPULUM — varies, or this is sung:

(Benedícat vos Deus omni benedictióe cœlesti, sanctósque et puros effíciat in conspéctu suo; superabúndent in vos divítiae glóriæ ejus; verbo veritátis instruat; evangélio salutis erúdiat, omniúmque sanctórum karitáte locupléte. Per Dóminum nostrum Ihesum Xpístum Fílium suum, qui cum Deo Patre vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula saeculórum. R. Amen.) **The Priest, still turned to the people:**



Dó-mi-nus vo-bís-cum. R: Et cum spí-ri-tu tu- o.

The Priest turns back to the altar & says the "Pláceat."

DISMISSAL

Meantime the Deacon sings toward the **people**:




V. I-te, mis-sa est.



R. De-o grá-ti-as.

As the people sing "Deo grátias," the Deacon makes an ante et retro.

But if the Gloria is not sung, the Deacon, facing the **altar**, sings:



V. Be-ne-di-cá-mus Dó-



mi-no.




R. De-o grá-ti-as.

Priest, softly: **Pláceat Tibi, Sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ, et præsta ut hoc Sacrificium, quod óculis tuæ majestátis indignus óbtuli, Tibi sit acceptábile, michique et ómnibus pro quibus illud óbtuli sit, Te miseránte, propitiábile. Qui vivis et regnas, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.**

The Priest kisses the altar, rises, & signs his forehead:

In nómine Patris + et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.



Commemoration of Impeded Mass: Its Officium, Apostle, & Gospel are sung here, in a very simple tone.


Bishop's Blessing: An Archbishop blesses here just as during the Canon, with propers, the Deacon announcing first, "Humiliáte vos ad benedictiónem. R. Deo grátias."

Other Bishops bless by saying: "Adjutórium nostrum in nómine Dómini. R. Qui fecit cælum et terram. V. Sit nomen Dómini benedíctum. R. Ex hoc, nunc, et usque in saéculum. V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo."


Bishop: "Benedíctio Dei, Patris et Fílii et Spíritus Sancti, descéndat super vos et máneat semper. R. Amen."

BLESSING OF BREAD


Server, in a clear voice: **Benedícite.** Priest:



V. Sit no-men Dó-mi-ni be-ne-díc-tum.




R. Ex hoc, nunc, et us-que in saé-cu-lum.



V. Be-ne-di-cá-mus Dó-mi-no.



R. De-o grá-ti-as. V. Dó-mi-nus vo-bís-cum.



R. Et cum spí-ri-tu tu- o. Priest: O-ré-mus.



etc.

Benedic, + Dómine, istam creatúram panis sicut benedixísti quinque panes in desérto, ut omnes ex eo gustántes recípiant tam córporis quam ánimæ sanitátem. In nómine + Patris et + Fílii et Spíritus + Sancti. R. Amen. And he sprinkles the bread with holy water.

The Priest holds the tray; the Servers & people come to take a piece, kissing both the Priest's hands. A cantor or the choir begins to sing either the Sixth or next Hour, or Thanksgiving:

THANKSGIVING

Canticle of the Three Youths

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino : laudáte et superexaltáte Eum in saécula.

Benedícite, Ángeli Dómini, Dómino : benedícite cæli Dómino.

Benedícite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, Dómino : benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómino : benedícite, stellæ cæli, Dómino .

Benedícite, imber et ros, Dómino : benedícite, omnis spíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino : benedícite, frigus et æstas, Dómino.

Benedícite, rores et pruína Dómino : benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glácies et nives, Dómino : benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et tenebræ, Dómino : benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícat terra Dómino : laudet et superexáltet Eum in saécula.

Benedícite, montes et colles, Dómino : benedícite, universa germinantia in terra, Dómino.

Benedícite fontes Dómino : benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cetæ et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino : benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.

Benedícite, omnes béstia et pécora, Dómino : benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Ísraël Dómino : laudet et superexáltet Eum in saécula.

Benedícite, sacerdotés Dómini, Dómino :
benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus et ánimæ justórum, Dómino :
benedícite, sancti et húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, Dómino :
laudáte et superexaltáte Eum in saécula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto
Spíritu : laudémus et superexaltémus Eum in
saécula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cœli : et
laudábilis et gloriósus et superexaltátus in saécula.

Psalm 150

Laudáte Dóminum in sanctis ejus : laudáte Eum in
firmaménto virtútis ejus.

Laudáte Eum in virtútibus ejus : laudáte Eum
secúndum multitudínem magnitudínem ejus.

Laudáte Eum in sono tubæ : laudáte Eum in
psaltério et cíthara.

Laudáte Eum in týmpano et choro : laudáte Eum
in chordis et órgano.

Laudáte Eum in cýmbalis benesonántibus; laudáte
Eum in cýmbalis jubilatiónis : omnis spíritus laudet
Dóminum.

Canticle of Righteous Simeon

Nunc dimíttis servum tuum, Dómine : secúndum
verbum tuum in pace.

Quia vidérunt óculi mei : salutáre tuum.

Quod parásti : ante fáciem ómnium populórum.

Lumen ad revelatiónem géntium : et glóriam
plebis tuæ Ísraël.

+ Glória Patri, et Fílio : et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper : et in saécula
sæculórum. Amen.

Ant. Trium puerórum cantémus hymnum, quem
cantábant in camíno ignis, benedicétes
Dóminum.

Kyrieléyson. Xristeléyson. Kyrieléyson.

Leader: Pater noster, qui es in cœlis: sanctificétur
nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas
tua sicut in coelo et in terra. Panem nostrum cotidiánum
da nobis hodie. Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et
nos dimíttimus debitóribus nostris.

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto
Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus Eum in saécula.

V. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cœli.

R. Et laudábilis et gloriósus in saécula.

V. Benedícat et custódiat nos Sancta Trínitas.

R. Amen.

V. Non intres in iudícium cum servo tuo, Dómine.

R. Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis
vivens.

V. Dómine Deus virtútum, convérte nos.

R. Et osténde fáciem tuam et salvi érimus.

V. Dómine, exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad Te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Collect: Orémus. Deus qui tribus púeris mitigásti
flammas ígnium, concéde propítius ut nos fámulos tuos
non exúrat flamma vitiórum.

Collect: Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor
nostrum, Dómine, ut Tibi casto córpore serviámus, et
mundo corde placeámus.

Collect: Actiões nostras, quaésumus, Dómine,
aspirándo præveni et adjuvándo proséquere, ut cuncta
nostra operatio et a Te semper incípiat, et per Te cœpta
finiátur. Per Xpistum Dóminum nostrum. Amen.

PRAYERS AFTER MASS

Priest: Omnípotens sempitérne Deus, Ihesu Xpiste,
Dómine, esto propítius peccátis meis, per assumptiόnem
Córporis et Sánguini tui. Tu enim loquens dixísti: Qui
mánducat meam Carnem et bibit meum Sánguinem, in
Me manet et Ego in eo: ideo Te supplex déprecor, ut in
me cor mundum crees, et spíritum rectum in viscéribus
meis innoves, et Spíritu principáli me confirmáre
dignéris, atque ab ómnibus insídiis diabóli ac vítiis
emúndes, ut gaudiórum cœlestium mérear esse
párticeps. Qui vivis et regnas, Deus per ómnia saécula
sæculórum. Amen.

Prayer of St. Augustine of Africa

Priest: Grátias ago Tibi, dulcíssime Dómine Ihesu
Xpiste, lux vera, salus credéntium, solátium trístium,
spesque cunctórum, gáudium angelórum, qui me
miserum et magnum peccatórem, fámulum tuum, hódie
sacratíssimo Córporis et Sángvine tuo páscere dignátus
es. Ídeo ego misérrimus, et innumerábilibus crimínibus
inféctus, lachrymósis précibus implóro benigníssimam
misericórdiam tuam et summam cleméntiam, ut hæc
dulcíssima reféctio, summa et incomprehensíbilis
commúnio, non sit michi in iudício ánimæ meæ, sed
prosit michi in remédium ad evacuándas omnes insídiás
et nequítias diabólicæ fraudis, ita ut nulla ejus
dominétur iníquitas in corde, córpore, ánima, et sénsibus
meis: sed tua cleméntia me perdúcat ad supérna convívia
angelórum, ubi Tu es vera beatitúdo, clara lux,
sempitérna lætítia. Amen.



HIERARCHICAL MASS

The Bishop's vestments are laid out in order on a table next to his throne in the church, with a water pitcher, basin, & towel, and the mitre & pastoral staff.

Reception of the Bishop

When the Bishop arrives, a procession of clergy meets him at the west doors, not exiting the doors. The bells are rung & the choir sings these antiphons:

ant. Firmétur manus tua et exaltétur dextera tua, justítia et judícium præparátio sedis tuæ, misericórdia et véritas præcedant faciém tuam.

ant. Dóminus qui elégit te, Ipse te coronávit coróna; justítia tua enim dómina recta est coram te. Laus Tibi Deus, in ævum, allelúya. (last word omitted in Lent)

ant. Redémptor mundi consérvet vitam, qui enim Ezechíæ ter quinos annos auxit ad vitam; Ille aúgeat témpora tua ut vídeant óculi tui pacem in diébus tuis, allelúya. (last word omitted in Lent)

During these chants, the Bishop is censed, offered holy water to sprinkle himself, offered a cross to kiss, then goes with the clergy preceding him, in procession, through the holy doors. The Bishop prostrates before the altar upon the ground.

Prayers Over the Bishop

The choir, after finishing the antiphons, sings:

Kyrieleyson. Xpisteleyson. Kyrieleyson.

The Priest who is Dean leads these prayers:

Pater noster, (very softly:) qui es in cœlis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua sicut in cœlo et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. (aloud, singing:)

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum, Dómine.

R. Deus meus, sperántem in Te.

V. Mitte ei auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

V. Nichil proficiat inimícus in eo.

R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

V. Esto ei, Dómine, turrís fortitúdinis.

R. A facié inimíci.

V. Dómine, exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad Te véniat.


V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Collect: Concéde, quaésumus, Dómine, fámulo tuo N. metropolitáno (archiepsópo or epísopo) nostro, ut prædicándo et exercéndo quæ recta sunt, exémplo bonórum óperum ánimas suórum ínstruat subditórum, et ætérnæ remuneratiónis mercédem a Te, piíssime Pastóre, percípiat. Per Dóminum nostrum Ihesum Xpístum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus per ómnia saécula saeculórum. **R. Amen.**

The Bishop rises, kisses the altar, turns to the clergy & people, & sings aloud:



V. Ad-ju-tó-ri-um nos-trum in nó-mi-ne Dó-mi-ni.

R. Qui fecit cœlum et terram. (in the same tone)

V. Sit nomen Dómini benedíctum. (etc.)

R. Ex hoc, nunc, et usque in saeculum.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus. Benedíctio Dei, + Patris, et + Fílii, et Spírítus + Sancti, descéndat super vos et máneat semper.

R. Amen.

Kiss of Peace

All of the clergy of all ranks come in order to receive the kiss of peace from the Bishop, bowing both before & after.

Third Hour & Vesting of the Bishop

The choir begins to chant the Third Hour; meanwhile, the Bishop is vested at his throne, behind the altar or in the nave. First, the Clergy not immediately concerned with putting the vestments on him chant softly the Seven Psalms.

But those who are vesting him remain at his side. First the Bishop's shoes are removed & his buskins & sandals put on. Then the Bishop receives the jewelled comb wherewith he combs his hair. Then he washes his hands & face, saying:

Bishop: Largíre sénsibus nostris, omnípotens Pater, ut sicut hic abluúntur inquináménta mánuum, ita a Te mundéntur intérius pollutiónes mentis, et crescat semper in nobis augméntum sanctárum virtútum. Per Dóminum nostrum Ihesum Xpístum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus per ómnia saécula saeculórum. Amen.

The Bishop falls upon his knees, facing to the east, & says:

Bishop: Deus qui de indignis dignos, de peccatóribus justos, de inmúndis mundos facis: munda cor et corpus meum ab omni contagióne et sorde peccáti, et fac me dignum altáribus tuis mínistrum, et concéde propítius: ut in hoc altári ad quod indignus accédo, hóstias acceptábiles ófferam pietáti tuæ pro peccátis et

offensiónibus meis, et innúmeris cotidianisque excéssibus, et pro ómnibus hic circumstántibus, universísque michi familiaritáte et affinitáte conjúctis, atque me ódio áliquo insectántibus et adversántibus, cunctísque fidélibus Xpistiánis, vivis et mórtuis. Et per Eum sit Tibi meum votum atque sacrificium acceptábile, qui se Tibi Deo Patri óbtulit in sacrificium, Ihesus Xpistus Fílius tuus Dóminus noster. Qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

He traces a cross on the ground with his thumb, bends to kiss the ground there, then rises to stand facing the altar for vesting.

Amice

The amice is presented to him; he blesses it, then says:

Spíritus Sanctus supervéniet in me, et virtus Altíssimi obumbrábit caput meum. + Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

Alb

As he is likewise vested in the silk alb with cuffs, he says:

Miserére mei, Deus, miserére mei, et munda me a reátibus cunctis, et cum illis qui dealbavérunt stolas suas in Sáanguine Agni, mereámur pérfrui gaúdiis perpétuis. + Per ejúsdem Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

There is no prayer for the cuffs, since they are part of the alb.

Zona

Præcinge me, Dómine, zona justitiae, et constrínge in me dilectiónem Dei et próximi. + Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

Succintory

There is no prayer for the succintory, a pouch hanging from the zona like an epigonation but representing almsgiving.

Stole

Stola justítiæ circúmnda, Dómine, cérvicem meam, et ab omni corruptióne peccáti purifica mentem meam. + Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

Tunicle (Double Feasts only)

Índue me, Dómine, vestiménto salutis, et induménto lætítiæ circúmnda me semper. + Per Dóminum nostrum

Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

Dalmatic

Da michi, Dómine, sensum et vocem, ut possim cantáre laudem tuam ad hanc missam. + Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

Maniple or Fanon

Índue me, Pater clementíssime, novum hóminem, depósito véteri cum áctibus suis, qui secúndum Deum créatus est in justítia et sanctitáte veritátis. + Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

Here the Bishop does not vest further, but the Clergy ending the Seven Psalms, there is begun, softly, the Bishop standing:

Kyrieleyson. Xpisteleyson. Kyrieleyson.

Pater noster ... (very softly spoken, until:)

- V. Et ne nos indúcas in tentatióne.
 R. Sed líbera nos a malo.
 V. Repleátur os meum laude tua.
 R. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnítudinem tuam.
 V. Cor mundum crea in me, Deus.
 R. Et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.
 V. Ne projícias me a fácie tua.
 R. Et Spíritum Sanctum tuum ne aúferas a me.
 V. Redde michi lætítiam salutáris tui.
 R. Et Spíritu principáli confírma me.
 V. Sacerdótes tui induántur justítiam.
 R. Et sancti tui exúltent.
 V. Dómine Deus virtútum, convérte nos.
 R. Et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.
 V. Dómine, exaúdi oratióne meam.
 R. Et clamor meus ad Te véniat.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíritu tuo.
 Orémus.

Collect: Aures tuæ pietátis, mitíssime Deus, inclína précibus meis, et grátia Sancti Spíritus illúmina cor meum, ut tuis mystériis digne ministráre mérear. Per Xpistum Dóminum nostrum. Amen.

Actiões nostras, quaésumus, Dómine, aspirádo prævéni et adjuvádo prosequere, ut cuncta nostra operátio a Te semper incípiat, et per Te cæpta finiátur.

Fac me, quaésuo, Deus, ita justítia índui, ut in electórum tuórum mérear exultatióne lætári, quátenu exútus ab ómnibus sórdibus peccatórum, consórtium

adipiscar Tibi placéntium sacerdotum, meque tua misericórdia a vítiis ómnibus éxuat quem reátus própriae consciéntiæ gravat. Per Xpistum Dóminum nostrum. Amen.

The Bishop raises his eyes and hands to heaven for a moment, then as marked below bows deeply:

HYMN

Veni, Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita,
Imple supérna grátia,
Quæ Tu creásti pectora. (He lowers his hands & bows.)

Qui Paráclitus díceris,
Donum Dei altíssimi,
Fons vivus, ignis, káritas,
Et spiritalis úctio.

Tu septifórmis múnere,
Dextræ Dei Tu dígitus,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pèrpetim.

Hostem repéllas lóngius,
Pacemque dones prótinus:
Ductóre sic Te praévio
Vitémus omne nóxium.

Per Te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium:
Te, qui a Patre emíssum es,
Credámus omni témpore.

Sit laus Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito:
Nobisque mittat Fílius
Karísma Sancti Spíritus. Amen.

✠ Emítte Spíritum tuum et creabúntur.
✠ Et renovábis fáciem terræ.
Orémus.

Bishop: Deus, cui omne cor patet et omnis volúntas lóquitur, et a quo nullum latet secrétum: purifica per infusióem Sancti Spíritus cogitatióes cordis nostri, ut Te perfécte dilígere, et digne laudáre mereámur. Per Dóminum nostrum Ihesum Xpistum Fílium tuum, qui Tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus per ómnia saécula sæculórum. Amen.

Server: Veni, Dómine.

Here the Servers & clergy softly chant, antiphonally:

Psalm 83

Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum : concupiscit et déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum et caro mea : exultavérunt in Deum vivum.

Étenim passer invénit sibi domum : et turtur nidum sibi, ubi repónat pullos suos,

Altária tua, Dómine virtútum : Rex meus et Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua : in saécula sæculórum laudábunt Te.

Beátus vir cujus est auxiliúm abs Te : ascensióes in corde suo dispósuit in valle lachrymárum in loco quem pósuit.

Étenim benedictiónem dabit legislátor : ibunt de virtúte in virtútem; vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exaúdi oratióem meam : aúribus pércipe, Deus Jacob.

Protéctor noster, áspice, Deus : et réspice in fáciem Xpisti tui,

Quia mélior est dies una in átriis tuis : super mília.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei : magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam et veritátem díligit Deus : grátiam et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia : Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in Te.

Glória Patri et Fílio : et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper : et in saécula sæculórum. Amen.

Psalm 84

Benedixísti, Dómine, terram tuam : avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ : operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam : avertísti ab ira indignatióis tuæ.

Convérte nos, Deus salutáris noster : et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis : aut extédes iram tuam a generatióne in generatióem?

Deus, Tu convérsus vivificábis nos : et plebs tua lætábitur in Te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam : et salutáre tuum da nobis.

Áudiam quid loquátur in me Dóminus Deus :

quóniam loquétur pacem in plebem suam,

Et super sanctos suos : et in eos qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope tímētes eum salutáre ipsíus : ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia et véritas obviavérunt sibi : justítia et pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est : et justítia de cælo prospéxit.

Étenim Dóminus dabit benignitátem : et terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante Eum ambulábit : et ponet in via gressus suos.

Glória Patri et Fílio : et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper : et in saécula sæculórum. Amen.

Psalm 85

Inclína, Dómine, aurem tuam et exaúdi me : quóniam inops et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam quóniam sanctus sum : salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in Te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad Te clamávi tota die : lætífica ánimam servi tui quóniam ad Te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam Tu, Dómine, suavis et mitis : et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus Te.

Áuribus pércipe, Dómine, oratióem meam : inténde voci deprecatiósni meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad Te : quia exaudísti me,

Non est símilis Tui in diis, Dómine : et non est secúndum ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecísti vénient et adorábunt coram Te, Dómine : et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es Tu : et fáciens mirabília; Tu es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédiam in veritáte tua : lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor Tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo : et glorificábo nomen tuum in ætérnum.

Quia misericórdia tua magna est super me : et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam : et non proposuérunt Te in conspéctu suo.

Et Tu, Dómine Deus, miserátor et miséricors :

pátiens et multæ misericórdiæ et verax,

Réspice in me et miserére mei : da impérium tuum púero tuo, et salvum fac fílium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bono : ut vídeant qui odérunt me et confundántur : quóniam Tu, Dómine, adjuvísti me et consolátus es me.

Glória Patri et Fílio : et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper : et in saécula sæculórum. Amen.

Psalm 115

Crédidi, propter quod locútus sum : ego autem humiliátus sum nimis,

Ego dixi in excéssu meo : Omnis homo mendax.

Quid retríbuiam Dómino : pro ómnibus quæ retríbuit michi?

Cálicem salutáris accípiam : et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus : pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego servus tuus : ego servus tuus, et fílius ancillæ tuæ.

Dirupísti víncula mea : Tibi sacrificábo hóstiam laudis : et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus : in átriis domus Dómini, in médio tui, Iherúsalem.

Glória Patri et Fílio : et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper : et in saécula sæculórum. Amen.

Psalm 129

De profúndis clamávi ad Te, Dómine : Dómine, exaúdi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendétes : in vocem deprecatiósni meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine : Dómine, quis sustinébit?

Quia apud Te propitiátio est : et propter legem tuam sustínui Te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matútina usque ad noctem : speret Ísraël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : et copiósá apud Eum redemptio.

Et Ipse rédimet Ísraël : ex ómnibus iniquitátibus ejus.

+ Glória Patri et Fílio : et Spirítui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper : et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Veni, Dómine, visitare nos in pace, ut lætémur coram Te corde perfécto (P.T., alleluya, alleluya).

Cope or Chasuble: Here the Bishop vests in the cope, if there is a procession (Sundays & major feasts). If no procession follows, he vests in the chasuble as shown below.

Sundays: Holy water is blessed, as shown on p. 3, **then**,
Sundays & Major Feasts: The procession begins, p. 4.


Chasuble

Immediately before the Mass, the Bishop is vested in the chasuble or planeta, the Servers straightening it and folding down the amice apparel. But the Bishop says:

Índue me, Dómine, lórica fídei, et gálea salútis, ac gládio Spíritus Sancti. R. Amen.

Pallium: If he is an Archbishop, the pallium is also placed over his shoulders, and fastened.

Mitre & Staff: If he is an Archbishop, the pallium is also placed over his shoulders, and fastened. Lastly, the mitre is placed upon his head (always by a Priest, if possible).



HIERARCHICAL MASS

Entrance

If the entrance is to take place from a vesting place near the west doors, the procession goes up the middle of the nave, between the people, the Bishop blessing the people on the way. The Bishop does not enter the holy doors until the “Glória Patri” in the Officium.

Kiss of Peace: Having entered the doors, the Bishop kisses the cantors leading the choir, then begins the prayers:

**Kyrieléyson. Xpisteléyson. Kyrieléyson.
Our Father...** (softly, until the verse below)

Meanwhile, the Deacons then the Priests kiss the horns of the altar by pairs. When the Bishop arrives at the altar, he says:

**V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
R. Sed líbera nos a malo.
V. Confitémini Dómino quóniam bonus.
R. Quóniam in saeculum misericórdia ejus.**

Mitre: The mitre is removed from his head & the staff taken from his hand; then the Bishop bows for the Confiteor. After the ministers have said, “Misereatur vestri,” etc., the Bishop rises & the mitre is replaced on his head. After the ministers

& clergy have said the Confiteor, the Bishop signs himself on the forehead & says the usual prayer, but beginning thus:

Absolutiõnem et remissiõnem ómnium peccatórum vestrórum, spátium veræ pœniténtiæ, etc.

Kiss of Peace: The Bishop bows deeply, praying the Lord for forgiveness, the clergy bowing with him, then rises & kisses all the clergy in the chancel, first all those on the right (south) side, then all those on the left (north) side.

Kiss of the Altar: He says the usual prayers, “Aufer a nobis” and “Ante conspéctum,” then kisses the altar.

Staff: The staff is given to him.

He Goes to the Throne: The Bishop goes to his throne east of the altar, surrounded by the clergy, & faces east. Thus he reads the Apologiæ softly out of a book held by a Server.

Angelic Hymn

Two cantors intone the proëmium, “Sacérdos Dei excélsi.”

Mitre & Staff: During the proëmium, the mitre is removed from the Bishop’s head & the staff taken from him.

He turns west, lifts his hands, & intones the Angelic Hymn.

Greeting of the People

The Bishop sings towards the people, “Pax vobis,” in a straight tone. He also sings, “Orémus” turned to the people.

Mitre: He turns east to sing the Collects from the Missal, held for him by a Server, the Mitre being first removed.

Mitre: At the last “Per ómnia saecula saeculorum,” the Mitre is replaced.

Apostle

The hem of the Bishop’s chasuble, as he sits for the Apostle, is held, by a Deacon on one side, & an Acolyte on the other.

Readers & Singers

All the readers & singers, after singing their part, come up to the Bishop’s throne for a blessing.

Gospel

The Deacon gets the Bishop’s blessing, then kisses his feet.

Mitre & Staff: When the Deacon greets the people for the Gospel reading, the Bishop rises & his staff & Mitre are taken from him.

Symbol of Faith

The Bishop intones the Symbol of Faith west of the altar, facing east.

Mitre: After he has intoned it, the Mitre is replaced on his head.

Ring: The Bishop removes his ring to wash his hands.

Mitre: After his hands are washed, the Mitre is removed.

Over the Gifts, Sanctus, Canon

The Bishop celebrates these things just as does a Priest, but during the Canon the clergy sing the Psalms 119 - 133 (“Ad Dóminum” to “Ecce nunc”), as time allows.

Blessing During the Canon

Just before the “Pax Dómini sit semper vobíscum,” the Deacon, holding the Bishop’s staff in his right hand, gives the proëmium to the blessing, as shown in the Ordinary.

Mitre & Staff: During the proëmium, the Bishop lays the Eucharist down upon the paten. His mitre is removed & (at the conclusion of the proëmium, his staff is given into his left hand.

The Bishop sings the blessings from the proper from a book held by a Server at the south horn of the altar. He holds his right hand out over the people, while facing south, but for the last two petitions he turns to the people, & at “Benedíctio Dei” he blesses the people with three signs of the Cross.

Agnus Dei

The Bishop himself kisses all the Priests in the chancel. The principal Deacon kisses the principal Subdeacon, & from the principal Subdeacon the other Deacons receive the pax.

Communion of the Bishop

Pre-Communion Prayers: After the kiss of peace, the Bishop goes to his throne & turns to the west, facing the altar, to read the Prayers, a Server holding the book.

Holy Communion: The senior Priest brings the Body of the Lord upon a paten. The Archdeacon brings the Blood of the Lord, & holds it for the Bishop (the Bishop tilts it with his own hand, however).

Communion of the Clergy—the Lord’s Body

Priests & Deacons: The Bishop takes from the paten a Portion for each Priest. Each Priest kisses the Bishop, then receives a Portion in his hand. Taking It to the left of the altar, the Priest says softly, “Ave in ætérnum,” etc., before partaking of It. Likewise do all the Deacons.

Lower Clergy: They first make a reverence, then kiss the hand of the Bishop, then receive from him the Body of Christ in their mouths.

Communion of the Clergy—the Lord’s Blood

Priests & Deacons: Each Priest & Deacon communes himself from the chalice, at the left horn of the altar (they stand west, not north, of the left horn).

Lower Clergy: They make a reverence, kiss the hand of the Archdeacon, & receive from him of the chalice.

Confession of the People

The Bishop, as always, says the absolution-prayer for the Confiteor, with the special wording, “Absolutiónem et remissionem,” etc.

Communion of the People

Two Deacons hold a large paten from which the Bishop communicates the people, the principal Deacon holding the chalice for him.

Ablutions

They are done at the Bishop’s throne east of the altar, the Bishop sitting during them. The principal Deacon, at the altar, does everything else which is necessary.

Ring & Mitre: After the Bishop has washed his hands, he puts back on the ring & the mitre is replaced on his head.

Postcommunions

At the Throne: The Bishop rises, facing the people, & sings, “Dóminus vobíscum” in a straight tone.

Mitre: As soon as he sings, “Orémus,” the mitre is taken from his head. At the last doxology, the mitre is replaced.

Conclusion of Mass—Last Blessing

After the Prayer of Bowed Heads, the Bishop gives his blessing, as shown on p. 17.

If an Archbishop, he sings the proper petitions from the Missal. But in all cases the Deacon first sings, “Humiliáte vos ad benedictiónem. R. Deo grátias.”

Retrocession

All retire to the vestry, the Bishop holding his staff in his right hand & saying, Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino,” etc.

Departure from the Church

Bells: After having given his blessing to all the people, as the Bishop exits the church, the bells are rung in a festive manner.

